

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beatitudo siue beatus a
cum fonte primo

Infelix qui omnia nouit
et te nescit; beatus autem
qui te nouit et illa nescit.
Qui autem te et illa nouit,
non propter illa beatus,
sed propter te solum.

Augustinus super illud Iohannis: Hec est
uita eterna ut cognoscant.

Infelix enim homo, qui scit illa omnia,
te autem nescit; beatus autem,
qui te scit, etiamsi illa nesciat;
qui uero et te et illa nouit,
non propter illa beatior,
sed propter te solum beatus est,
si cognoscens te sicut te glorificet
et gratias agat et non euanescat
in cogitationibus suis.

Augustinus Hipponensis, *Confessionum libri XIII.*, 5.4.7 (CCSL 27, L. Verheijen ed., p.60, ll.2-6).